

Stephanus Galdeti

*Utrum Deus sit omnium aliorum
a se primum pincipium sive causa*

Editor: Florina Hariga

work in progress
16.07.2026

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

|| Aliqua pro una responsione de quolibet subiunguntur

Prima questio principalis: **Utrum Deus sit omnium aliorum a se primum pincipium sive causa**

Prima conclusio secundum unum modum dicendi: “si sit in rebus
5 alica veritas necessaria seu necessitas alia a Deo necesse est illam a Dei
esse provenire seu causaliter dependere”. Patet, quia sicut in entibus
incomplexe significabilibus est ordo, ut patet 12 *Metaphysice*, sic, ut
videtur, in complexe significabilibus si ponantur correspondenter iuxta
ordinem entitatum et etc.

Corollarium: Ex hiis videtur sequi quod Deum esse est primum
10 omnium veritatum et prima necessitas seu prima veritas necessaria a
qua causaliter sunt omnes alie necessitates seu veritates necessarie seu
saltem tamquam a priori natura, licet non contingentia, et ut principio
quamvis non productivo etc.

Corollarium: Ex hoc ulterius inferri potest quod Deum esse est unum
15 notissimum et primum complexe notum ordine naturali quamvis non
quoad nos saltem in statu presenti vie et nature lapse, ymo forsan in
hoc statu nobis notius est Deum esse vel non esse.

Ex hoc oppinio BREDWARDINI de primo principio complexo
20 apparenter roboratur qua ponit Deum esse primum principium essendi
quidem aliis veritatibus quamvis non forsan proprie causa, ymo forsan
ut causa non tamen per productionem. Nam ex quo inter talia ponitur
prioritas potest ibi poni causa seu saltem principium. Nam et in divinis
ubi non ponitur prioritas, ymo negatur, ponitur tamen principium, ymo
25 productivum quo aliquis est ab altero, et hoc modo posset ymaginari
sine repugnantia in proposito.

Ymo ulterius posset ymaginari alia vero necessaria esse a primo
principio non tamen ut causa, sicut ponitur in divinis Filius a Patre
et ulterius esto quod causaliter, non tamen in alico genere cause de
30 quattuor communiter || assignatis, quia non est evidens quin plures sint
modi causarum, nec est evidens illam divisionem esse sufficienter.

P2 141r

Uterius nec omnis dependentia est causalis, sicut patet de
dependentia nature assumpte ad divinum suppositum. Tunc iuxta si

5 necessaria] *sup. lin. P1* 10 corollarium] *in marg. P1 ; iter. in marg. P1*
13 licet non contingentia] *sup. lin. P1* 14 etc.] *sup. lin. P1* 15 corollarium]
in marg. P1 ; iter. in marg. P1 15–18 ex hoc ulterius — non esse] de ordine
aff(irmationis) et negationis etc. *add. in marg. P1* 16 notum] *in add. P2*
18 hoc] *statum add. sed del. P2* 1/19–2/5 ex hoc oppinio — De causa Dei]
roboratur oppinionis Bredwardini *add. in marg. P1* 21 veritatibus] *veritatem*
P2 24 non] *sup. lin. P1* 30 quattuor] *etiam add. P2*

talia vera necessaria sint a Deo necessario et non libere, qualitercumque sive causaliter, sive non, sive productive, sive non. Nichilominus tamen Deus vult illa esse, sicut vult se esse, sed hoc est consequenter unde dicuntur volita precedentia Dei velle seu Dei voluntatem, ut ponit ille
5 doctor *De causa Dei*.

Corollarium: Ex primo et secundo corollariis patet quod, sicut ad Deum esse sequitur Deum esse vel non esse formaliter, ita econtra naturaliter patet primum clare et secundum ex primo corollario.

Corollarium: Ulterius patet quod illa descriptio de priori in post
10 predictis posita qua dicitur quod illud est prius a quo non convertitur subsistendi. Consequentia est neganda intelligendo de consequentia formali. Patet satis ex dictis.

Secunda conclusio principalis huius questionis est hec: quod si sit in rebus aliqua possibilitas obiectiva iuxta modum ponendi alicorum
15 necesse est illam a Dei posse modo pretacto de necessitate causaliter dependere seu provenire. Patet cum nulla res huius possibilis sit ex se possibilis esse tali possibilitate, et per consequens sequitur quod hoc habet ab alio et non nisi a primo posse, igitur.

Et sic patet quomodo huius rerum possibilitas non est a Deo libere,
20 nam est a Deo per suum posse, et sic antecedit velle divinum, nam posse ponitur antecedere velle. Ab illo autem primo posse est huius possibilitas non ut a causa, sed sicut de principio vel non aliter, nisi quia ista causalis est vera 'quia Deus potest facere A, A est possibile fieri' etc.

Corollarium: sequitur quod ista causalis est vera 'quia Deus potest
25 aliquam rem facere, ideo illa possibilis', non econtra. Patet satis.

Corollarium: secundo sequitur quod huius rem esse possibilem est absolute necessarium. Patet, quia in bona consequentia sequitur ad Deum esse vel saltem posse huius.

Corollarium: tertio sequitur quod hoc est a duplici principio, scilicet
30 a Dei esse ex prima conclusione et posse, quia si per ymaginationem Deus esset non posset etc.

Corollarium: quarto sequitur ex multis dictis quod non quidquid est

6 corollarium] *in marg. P1* ; *iter. in marg. P1* corollariis] patet corollariis
add. P1 9 corollarium] *in marg. P1* ; *iter. in marg. P1* 13 conclusio] *sup. lin. P1* ; conclusio secunda add. *in marg. P1* 15 de necessitate] *sup. lin. P1*
19–24 et sic patet — fieri etc.] declaratio add. *in marg. P1* 25 corollarium] *in marg. P1* 2/25–3/3 sequitur quod ista — de secunda conclusione] corollaria
add. *in marg. P1* 27 corollarium] *in marg. P1* 30 corollarium] *in marg. P1*
31 ex prima conclusione] *sup. lin. P1* quia] per add. P1 33 corollarium]
in marg. P1

a Deo est ab eodem libere et contingenter, quia non illa que antecedunt eius voluntatem iuxta modum dicendi BREDWARDINI. Et hec de secunda conclusione.

Tertia conclusio quolibet rei alterius a Deo futuro atque actualiter ex necessaria est a Dei voluntate per || suum velle causaliter. Patet, quia significatur duabus A, B. B possibili A futuro cum sint eque possible Deo non videtur causa quare A erit, nisi quia Deus vult etc. Sequitur primo quod quolibet contingentia est a necessitate contra BREDWARDINUM et quolibet mutabilitas ab immutabilitate et quolibet novitas ab eternitate. Patet, cum omnis contingentia sit creatura existens vel futura, vel est creatura existens aut erit futura. Forte non est contra ipsum.

P2 141v

Ex hoc ulterius patet quod velle divinum quamvis sit liberrimum tamen nullatenus est contingens contra BREDWARDINUM oppositum ponentem.

Sequitur tertio quod omnis entitas contingens est mutabilis quamvis secundum alicos non simpliciter omne contingens sit mutabile, puta Antichristum fore. Sequitur quarto quod in contingentibus non est ordo, nec aliquod simpliciter primum seu nulla, scilicet prima contingentia. Patet, nam sole creature sunt contingentie et eque sunt contingentes seu contingentie. Nam omnis eque immediate fluunt contingenter a prima necessitate.

|| De futuritione quod sit a Deo per actuale velle, ymo eternum et quod non sufficit quod Deus aliquando volet sic esse potest ostendi non solum ex divina actualitate qua BREDWARDINUS arguit quod Deus circa quodlibet ymaginabile est actu volens vel nolens. Nam ista via non videtur efficax. Nam multa sunt possible que Deus potest velle fore, nec tamen vult, nec inde minus actualis.

P1 86v

Sed ex eiusdem voluntatis immutabilitate, nam res non ponetur in esse quin Deus volet illam esse et tunc vel illam volet noviter et mutabilis, vel semper ante eodem modo voluit et eque efficaciter et propositum quod illud velle fuit causa de sic fore.

Confirmatur nam datis per adversarium duobus contradictoriis successive de divina voluntate verificatis, puta voluntas divina vult Antichristum esse, voluntas divina non vult Antichristum esse aut hoc

4–8 tertia conclusio — Deus vult etc.] tertia conclusio *add. in marg.* P1
 17 omne] *om.* P2 21 immediate] *sup. lin.* P1 ; *om.* P2 contingentem]
sup. lin. P1 ; *om.* P2 33 per adversarium] *sup. lin.* P1

est per mutationem intrinsecam in Deo, et tunc habetur mutabilitas in Deo et contingentia intrinseca aut per mutationem factam in creatura et hec non, quia prius natura est Deum velle Antichristum esse quam sit Antichristum esse, sicut alibi arguitur de existentia extra celum, si
5 aliquid a Deo fieret extra celum.

|| Est igitur res futura causaliter per velle Dei, nam Deus vult illam efficaciter et prius natura fore quam verum sit illam fore, sed an tale velle dicatur agere quamdiu est velle et, per consequens, eternaliter, vel solum dum res per illud velle ponitur in esse non est difficultas nisi in
10 vocabulo.

P2 142r

Tenendum est igitur quod Deus dum Antichristus ponetur in esse nullum novum actum habet sic circa existentiam Antichristi quem non habuit eternaliter circa eius futuritionem, vel circa Antichristum fore, vel circa hoc quod Antichristus erit, nec potest incipere aut desinire
15 taliter aliquid velle vel nolle. Nam pariter argueretur mutabilis huius voluntas per desinire velle, sicut per incipere successive in tempore. Licet not arguantur mutabilis seu aliter se habens si alica velit et alia non velit simul sive horum modorum successive.

Ex quo patet quod sicut ex nova existentia rei non incipit aliquid velle, ita nec desinit aliquid velle, nec per transitum in preteritum desinet. Ex quo patet quod eodem omnino velle vult ista tertia successive A fore, esse, fuisse que sunt temporalia. Primum habens finem, secundum principium et finem, tertium principium et sic nullum eorum simpliciter
20 necessarium. Et sic quodlibet videretur a Deo contingenter volitum, nam si quodlibet est contingens si A fuisse sic necessario volitum nunc, hoc est ex priori mutatione in Dei voluntate, ut arguit BOKINKAM.

Tenentes tamen Adam fuisse esse necessarium nunc et non ante semper et necessario volirum possent dicere Adam fore fuisse a Dei velle et Adam esse, sed fuisse esse a Dei esse et consequenter esse volitum
30 a Deo, sicut Deum esse et sic esse volitum prius divino velle. Et non posterius divino velle, nam respectu cuiuslibet talis divinum velle est liberrimum intrinsece ad extra etc.

Quod autem Deus non omnium quorum est causa sit causa per velle liberum || seu libere, ymo quandoque naturaliter. Patet de concursu
35 obiectivo, ut est cum divina essentia clare videtur, nisi per concursum alium libere huius causalitas inpediretur et isto modo posset dici de

P2 142v

2 et contingentia intrinseca] sup. lin. P1 5 aliquid a Deo] sup. lin. P1 ;
Deus a. c. P1 6 futura] iter. P1 Dei] sup. lin. P1 11 ponetur]
ponentur sed con. P1 12 sic — Antichristi] sup. lin. P1 19 aliquid velle]
sup. lin. P1 22 A] sup. lin. P1 26 hoc] sup. lin. P1 27–28 non
ante semper] sup. lin. P1 30 volitum] sup. lin. P1

hiis que sunt a Deo per esse et posse quod non libere sunt a Deo. Nec concursus voluntatis potest impedire, quia est posterior illis etc. Multa alia ymaginari possent de hiis etc.

Imperfecta sunt huius.

5 || De divino agere seu Dei causalitate multa occurrunt difficilia, inter que est unum de eius speciali auxilio seu ad bonum speciali perventione, scilicet an huius auxiliari seu pervenire sit multiplus vel intensius agere. P1 87r

Aliqui circa hoc dicunt quod taliter auxiliari sive pervenire esse Deum multipliciter, quia dupliciter agere, scilicet modo cause universalis cum sua particulari, qualiter etiam Deus agit ad malos actus. Et ulterius facere causam, puta voluntatis huius actus producere qualiter non agit Deus in malis.

15 Sed hic est dubium, quia cum creaturam sic agere non sit nisi creatura sic agens. Vel nichil non videtur factibile hoc modo, ut ponit ille modus dicendi. Secundo, quia iste modus dicendi propter infrustrabilitatem divine potentie videretur inferre necessitatis in creatura sic perventa respectu huius operationis ad quam pervenitur. Nam sic, si perveniretur a creatura potentiore qualitercumque agente. Tertio, quia si Sortem agere est a Deo factibile, ymo non sit possibile Sortem sic facere nisi 20 Deus etc. Pariter erit necessarium de quocumque aliquod agente saltem respectu effectus eque difficilis.

Propter quod dicunt aliqui quod Deum sic specialiter agere non est Deum multiplus agere, sed intensius, unde dicunt quod quamvis velle Dei sit immensum et eternum, est tamen ex tempore noviter seu novum 25 agere, et consimiliter videtur posse dici quod non obstante eiusdem infinitate possit esse finitum agere et intensius agere respectu unius rei ab eodem producte quam alterius, sicut etiam unam rem citius produxit quam aliam.

30 Sed hic obicitur, quia tale agere quantum est ex parte Dei non est nisi velle, et per consequens non debet dici maius vel minus respectu unius quam alterius, quia respectu cuiuslibet infinitum. || Dicitur quod agere ultra velle aliquid connotat, scilicet effectum productum, et ideo velle eternum dicitur novum vel noviter agere, propter novitatem effectus, et ideo pari modo poterit dici infinitum velle finitum agere, propter huius 35 effectus finitatem. P2 143r

2 est] *sup. lin. P1* 4 imperfecta sunt huius] *om. P2* 5 de divino —
causalitate] alia disputatio de causalitate Dei *add. in marg. P2* 32 productum]
sup. lin. P1 34 infinitum velle] *sup. lin. P1*

Sed tunc est dubium cum in velle Dei et in omni eo quod se tenet ex parte Dei precise sit omnimoda equalitas respectu cuiuslibet effectationis, unde igitur antecedenter provenit inequalitas in effectibus maxime a solo Deo productis. Non videtur bene posse assignari causa.

5 Hic dicitur quod consimilis difficultas est de novitate effectuum ex universalissimi eterno Dei velle varie temporaliter procedentium, et ideo dicitur quod causa varie novitatis rerum quam earundem inequalitatis non est aliqua antecedens varietas in Deo seu Dei velle. Sed eiusdem voluntatis et velle intrinseca firma libertas qua varia varie ab ipso
10 procedere absque eius mutabilitate. Et hoc non viderunt philosophi propter quod fuerint multipliciter decepti, ut patet de ARISTOTELE de eternitate mundi. Non enim vidit quomodo a voluntate antiqua seu eterna posset novus effectus provenire.

Sed tunc cum secundum premissa omnino consili velle agat ad bonos
15 actus et non bonos quare dicitur specialiter auxiliari, dicitur quod dicitur specialiter auxiliari, quia effectus specialis a tali velle procedit. Sed contra, quia videtur quod non aliud significetur cum dicitur ad bonum actum requiratur auxilium speciale nisi quod dicendum bonum actum requiritur bonus actus, sed forte dicitur quod ymo aliter exponetur sic, scilicet ad
20 bonum actum fieri a Sorte requiritur velle Dei agens tantum actum.

Sed hoc etiam de influentia generali. Verum, nam ad actum malum requiritur huius influentia agens tantum actum, propter quod videtur dicendum quod huius auxilium speciale est realiter influentia generalis, sed dicitur specialis cum ab ipsa provenit effectus completus et integer.

25 Vide in hac materia ex hiis que ponit actor *De causa Dei*, qui negabat PELAGIUS, quia si negavit influentiam generalem, tunc huius auxilium speciale non esset ponendum, ut GREGORIUS ymaginatur, sed pro tanto specialiter ad bonum actum, quia omnia in eo sunt positiva indigentia influentia Dei. In malo autem ratio vel rationes potissime
30 mali sunt negationes non indigentes || influentia Dei et iste modus forsan est apparens testificanti in littera aliquialiter. P2 143v

|| De divina causalitate adhuc alica. Prima causa efficiens est causa cuius nulla est causa efficiens, ut sit, nec ut sit causa. Hec enim differunt. Nam primo modo agens est causa effectus, secundo modo finis est causa
35 efficientis vel agentis, et principale agens vel modus respectu secundi in causis per se et causaliter ordinatis, ut patet 2 *Metaphysice* et 8 *Physicorum*. P1 87v

1 dubium] q add. sed del. P1 18 speciale] non aliquid add. sed del. P1
21 de] sup. lin. P1 32-37 de divina causalitate — Physicorum] Hughelinus
add. in marg. P1

Et tunc Deus secundum hoc est, est causa male voluntatis, ut sit et ut agat, et ut sic agat demerito omnium modo positivo. Sed non ut sic agat demerito omnium modo privativo quomodo unde huius actus dicitur malus.

- 5 Deum facere sola voluntate potest intelligi uno modo, quia in agendo non eget aliqua virtute activa distincta a suo velle et hic sensus verus est vel, quia respectu cuiuscumque quod vult, agit illud. Et hoc non, quia Deus vult omne possibile esse possibile, et tamen hoc non proprie agit; vel tertio, quia quodcumque facit facit pro velle et hoc verum est.
10 Et sic quamvis omne agere Dei sit velle, non tamen econtra omne eius agere respectu omnis illius eius est velle.

- Velle Dei quandoque capitur pro Dei beneplacito executorio quandoque pro permissivo Deus, namque dicitur permittere sic operari, etiam cum alicuius operis est partialis causa, nec tamen complacet
15 voluntate simpliciter complacentie in illo sic operari, et hoc contingit in malis, ut scilicet est Sortem odire proximum. Sed in bonis ultra concurssum partialem et beneplacitum executorium habet Deus simplicem complacentiam in huius bono actu, et ideo non solum permittere vel sinere dicitur huius, sicut dicitur de malis.

- 20 Aliter dicunt aliqui quod hoc est, nam in bonis actibus cum hoc quod illos partialiter agit aprobatur illos volendo et iudicando illos esset bonos et licitos fieri vel debitos, etc. infra.

- Aliter etiam dicunt alii quod illud dictum de simplici complacentia et displicentia non habet locum plus in bonis actibus quam in malis in
25 quibus est entitas aliqua positiva. Nam in omni entitate complacet et in nulla displicet, in nulla autem privatione complacet, nec illam efficit. De hiis alibi.

- Quod Deus non || sit causa agens immediata cuiuslibet effectus, quia tunc duplata causa creata. Non sequeretur duplatio totalis effectus. Item
30 subducta creatura remanente priori gradu divine efficientie nichilominus fieret ille effectus, et per consequens creatura superfluit vel adhuc nichil facit.

- Hic respondetur ad primum quod duplata albedine duplatur visio, quia Deus cum ea duplata duplo intensius agit, sicut duplo agit cum
35 duabus equalibus. Exemplum de luce una respectu visionis duple

P2 144r

1-4 et tunc Deus — malus] ut supra *add. in marg. P1* 3 modo] positivo
add. sed del. P1 unde] *p. c. P1* ; h *add. sed del. P1* 4 dicitur] *po add. sed del. P1* 11 agere] velle *a. c. P1* respectu] *omnis add. sup. lin. P1*
17 Deus] *sup. lin. P1* 24 et displicentia] *sup. lin. P1* 7/28-8/9 quod
Deus — illud agere] *nota add. in marg. P1* 28 immediata] *sup. lin. P1*

albedinis.

Ad secundum dicitur quod si Deus subducta creatura non aliter
ageret seu non vellet rem aliter fieri quam primo et creatura non ageret,
tunc huius effectus non fieret. Et causam dant sic dicentes, quia Deus
5 prius volebat se esse coeffectorem non effectorem.

Sed contra, tunc esset imputare creature Deum non agere, puta non
movere manum meam, dicitur quod si desistam ab huius concursu,
Deus non a me, sed a se ipso desistet vel volet non agere cum tamen
posset se solo illud agere.

10 || Tunc moventur duo dubia, an scilicet Deus prius naturaliter agat P1 88r
ad odium sui quam creatura. Secundo, an prius causaliter creatura
cesset bene agere quam Deus seu an prius voluntas deservat Deum
quam deservatur seu quam Deus deservat voluntatem. Et videtur quod
sit de secundo, nam Deum deservere voluntatem et velle deservere
15 voluntatem sunt penitus idem, sed Dei velle nichil creatum est prius,
igitur. BREDWARDINUS de hiis.

Adhuc de auxilio speciali qualiter intelligitur Deum agere partialiter
modo speciali, dici potest quod hoc intelligitur vel, quia inusitato modo
efficit circa effectum, vel quia speciali modo facit causam esse causam
20 sive respectu effectus, ut in libero bono actu sive respectu effectus
et moveri in effectum, ut in beatis immobiliter et non contingenter
fruentibus etc.

Primum, scilicet respectu effectus tantum dicitur dupliciter; primo,
quia cum eadem causa producit maiorem effectum, ut si cum sole dato
produceret septuplum lumen in emispherio sive extensorem vel secundo,
25 quia velocius, ut si cum gravitate, ut uni faceret descensum ac si esset
gravitas 16...

Secundo modo facit specialiter causam esse causam respectu effectus
et modi dupliciter. Primo, quando se solo faciunt creaturam efficere et
30 esse concausam respectu || totius alicuius generis effectum respectu cuius P2 144v
non erat activitas partialis completa, ut est in bonis actibus voluntatis.

Secundo, quando non se solo, sed etiam dato habitu supernaturali
actualiter inclinante et simul cum Deo complente activitatem illius
creature, ut est de habitu caritatis et de lumine glorie. Licet enim Deus
35 posset suplere vicem eorum in causando tertium effectum, non tamen
sic competeret creature efficientia respectu tertii effectus sicut nunc, eo
quod nunc dona illa habitualia cooperantur ex gratia bonitatis dantis,

1 albedinis] visionis P2 17-22 adhuc de auxilio — fruentibus etc] Hughelinus
P1 ; preambula add. in marg. P1 26 gravitate] gratuitate P2 32 non]
sup. lin. P1

et ideo causant potiorefficientiam, etc. Considera.

Tunc ponit conclusiones: una, voluntas est partialis activitas completa respectu cuiuslibet male volutionis ab ea elicibilis, nec indiget ad hoc nisi Dei coefficientia generali. Secunda, in nullo
 5 peccare est effectibilis coefficientia Dei specialis. Tertia, omnis gradus specialis coefficientie vel auxilii vel iuvamenti est respectu bene agere. Quarta, Deum specialiter iuvare voluntatem ad peccandum claudit contradictionem. Quia non agit ad negationem nec potest.

Generalis coefficientia quantum ad effectus precise est talis et tanta
 10 Dei coefficientia quantam a principio Deus ordinavit vel quantam requirit et exigit finita activitas creature, vel est Deum taliter coefficere precise qualiter effectualiter creatura agere posse accepit. Sicut sol est activitatis finite et terminate per maximum in quod partialiter potest in hoc subiecto vel medio, et tunc Deus sibi precise ad tantum gradum concurrit
 15 est influentia generalis.

Specialis vero coefficientia effectualis est Deum efficere supra modum statutum vel supra quantitatem activitatis creature. Patet in exemplo supra adducto de sole.

Ex hiis omnibus videtur esse de intenssione istius doctoris Deum in
 20 suo agere continere latitudinem intensivam, sic quod respectu diversorum effectuum varie agit, quia intenssius et remissius iuxta quantitatem excessus effectuum a posteriori.

Quod cuiuslibet effectus citra Deum Deus sit indivisibiliter influentia generalis intensiva, licet non extensiva durativa. Patet, quia non potest
 25 variari huius influentia || in intenssione ac remissione quin fiat effectus maior vel minor.

P2 145r

Ponendo Deum varie velle respectu diversorum volitorum, sicut potentia Dei voluntas Dei varie se habere respectu voliti et non voliti vel noliti. Cavendum ne concedatur respectu eiusdem varietas successiva
 30 talium modorum, quia hoc sufficit ad divinam immutabilitatem, ut supra.

|| Specialis coefficientia Dei est Deum actuare creaturam in sua partiali activitate vel est Deum complere eam in suo partiali efficere, vel eam iuvare vel actuare tali iuvamento quo subdicto data influentia

P1 88v

2–8 tunc ponit — contradictionem] conclusiones *add. in marg.* P1 4 Dei] *sup. lin.* P1 5 effectibilis] *sup. lin.* P1 omnis] *sup. lin.* P1 9–15 generalis coefficientia — influentia generalis] descriptionem *add. in marg.* P1 9 quantum] *quo* P2 12 agere] *sup. lin.* P1 est] maxime *add. sed del.* P1 14 subiecto vel medio] medio vel subiecto P2 9/32–10/2 specialis — ageret] Hughelinus *add. in marg.* P1

quantacumque respectu effectus vel circa effectum illa causa effectum illum non ageret.

Et hoc ut dicit reperitur in creatura respectu bonorum actuum ut ipse tangit in 17 distinctione, in conclusione de activitate caritatis. Nam
 5 nullus habitus supernaturalis inclinat actualiter vel efficit effectualiter in actu iusto nisi a Deo et Deo principaliter agente. *Quicumque enim spiritu Dei aguntur* etc.

Dicit etiam quod forte quolibet creatura potest sic actuari, puta calor vel ignis, ut producat frigus et sic de similibus quantumcumque
 10 contrariis, sed hoc non assentit, ymo nec credit iste doctor. Dicit etiam quod nulli cause create soli competere potest, ut ipsa sola prestet huius auxilium respectu alterius nisi sicut habitui inclinanti.

Infert quod Deus habet latitudinem in modo agendi, quia quandocumque est complementum vel auxilium in modo naturaliter
 15 agendi seu immobiliter, ut beati fruuntur. Quandocumque in modo libero, incipit igitur huius latitudo a non gradu auxiliari actuativi versus modum necessitandi et iste est maximus gradus eius. Et sic patet quod non infinite agit ad quodlibet.

Hec ille de hiis in principio secundi.

Pro secunda conclusione: sequentis questionis adduci potest
 20 DYONISIOS, *De divinis nominibus*: “omnis virtus, omnis operatio, omnis habitus, omne verbum, omnis sensus, omne factum, omnis actus, omnis scientia, omnis unio et simpliciter omne existens in pulcro et bono est ad pulcrum et bonum convertitur. Et omnia quecumque sunt
 25 et fiunt, et ad ipsum || omnia respiciunt, et ad ipsum moventur, et ipsius gratia et propter ipsum et in ipso exemplare principium esse, scilicet naturale, efficiens et formale, elementarium et simpliciter omne principium, et omnis continentia ac ut comprehendens dicam omnia existentia ex pulcro et bono, et est omnium principium et finis et
 30 superprincipale et superfactivum, quoniam ex ipso et in ipso et per ipsum et ad ipsum omnia”.

P2 145v

Hec ille, ut allegat actor *De causa Dei* in fine secunde partis.

Proponatur sequens quo ex dictis APOSTOLI *omnia ex ipso et per ipsum* etc., et Ioh. 1: *omnia per ipsum facta sunt*, et item: *Deus a quo*
 35 *cuncta bona procedunt*, Gen. 1: *vidit Deus cuncta que fecerat*.

Pro secunda: omnipotens Deus qui celestia simul et terrestria moderare attingit ubique.

20 pro] probatur *sed coni. P1* secunda] secundo *sed coni. P1* 34 etc.]
sup. lin. P1 *facta sunt] sup. lin. P1*